



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

35 Examinatorum vota, quomodo sint explananda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

33 Magis idoneus in scientia, cujus mores ignorantur, non autem est preferendus alteri minus docto, approbato tamen, quoad mores, immo est postponendus. congreg. fact. conc. super eo. cap. 18. sub tit. eadem, & Patavin. quia per dictum decretum cap. 18.

34 Nulla facultas data est examinatori- bus in electione magis idonei, cui bene- ficium est conferendum, sed ea ad solum Episcopum spectat, ut per congreg. super eo. cap. 18. in decis. sub tit. Barchinonen. quae incipit: sciendum, & alia sub tit. Paduan. quae incipit: per decretum, licet enim concilium non expresserit, an vota examinatorum palam, aut secreto dari debeant, magis ta- men expedit, ut examinatores inter se sua vota conferant, deinde notario jubeant, ut in actis suis simpliciter scribat, Titium approbatum idoneum, Sejum vero repro- batum, ut Romae fit, & ita tenet sacra con- gregatio super eod. cap. 18. in decis. sub verb. eadem, quae incipit: licet concilium.

35 Bononiae autem vota examinatorum per fabas albas, & nigras secreto in pixi- dem injiciuntur, indeque, apertis vo- tis, pronuntiatur examinatus, approba- tus, vel reprobatus; & hoc modo ces- sant disputationes, quae alias quandoque ex affectione oriri possunt. In Urbe ta- men ob maximum concursum ad examen confluentium, hic modus haud facile servari potest, Verum extra Urbem puto per secretos calculos licite vota cribrari posse, non enim datur et appellatio ad re- probationem examinatorum, sed dun- taxat à mala Ordinariorum electione, ut ibidem à congregatione fuit decisum, ut in decis. sub tit. Farsen. Legionen. Marsi- san. Cremonen. & ita procedit dicta const.

Pij V. quae concedit appellationem à ma- la electione illis, qui in concursu rejecti fuerunt ab examinoribus, ut in ead. con- stit. §. ut autem, quae non habet locum in beneficijs juris patronatus, ut fuit per ean- dem sacram congregationem declara- tum super eod. cap. 18. decis. sub tit. Legionen. quae incipit, constitutio Pij V.

Sed, si collatores carnalitatis, aut alte- rius humanae passionis affectum, non ra- tionis iudicium sequentes, personis minus dignis, postpositis dignioribus, parochiales contulerint, et licebit rejectis praetendenti- bus in concursu, se fore gravatos à mala electione, ad superiores, aut Episcopos viciniore, vel ad sedem Apostol. appella- re, & de suo gravamine in novo examine coram iudice appellationis, vel de illius mandato coram alijs examinoribus edo- cere, & tunc, qui magis idoneus iudicatur, praefertur, ut in ead. decis. sub tit. eadem. & Patavin.

38 Collationes vero contra praedicti sacri concilij decreti formam & tenorem factae, sunt subreptitiae, & nullius roboris, vel momenti, nullumque tribuunt titu- lum coloratum possidendi, dict. cap. 18. sess. 24. & d. const. 32. Pij V. §. nos ad quo- rum, & §. ut autem. Appellatio nihilomi- nus non suspendit electionem, quominus debitae executioni demandetur, & sic pro- visus, lite pendente, à possessione amoveri non potest, dicto cap. 18. & §. hac tamen, ead. constit.

39 Si vero parochiales sunt juris patro- natus laicorum, tunc non requiritur ex- amen per concursum, sed est admitten- dus ille, qui intra tempus à jure patro- nis laicis praefixum ab ipsis patronis praesentatus, ac ab examinoribus fuit ex-